Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sti me: et fac es mecum in
salutem: Confitemini
domino quoniam bonus: quoniam in se
culum misericordia eius: ps. dd.
Beati immaculati in
via: qui ambulant
in lege domini: Beati qui
scrutantur testimonia
eius: in toto corde exqui
runt eum: Non enim
qui operantur iniquita
tem: in viis eius am
bulauerunt. Tu man
dasti mandata tua cu
stodire nimis. Vtinam
dirigantur viae meae: ad
custodiendas iustifica
ciones tuas. Tunc non
confundar: cum perspexero
omnibus mandatis tu
is. Confitebor tibi in indi
rectione cordis: in eo quod
didicerim iudicia iustitie
tue. Iustificaciones tu
as custodiam: non me
derelinquas usque quaq;
Quo corrigit ad
hoc iuuenis uiam suam.
in custodiendo sermones
tuos. In toto corde meo
exquisiui te: ne repellas
me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi
eloquia tua: ut non
peccem tibi. Benedictus
es domine: doce me
iustificaciones tuas.
In labiis meis pronun
ciaui omnia iudicia
oris tui. In via testi
monium tuorum delectatus
sum: sicut in omnibus
diuitiis. In mandatis
tuis exercebor: et consi
derabo uias tuas. In iusti
ficacionibus tuis meditabor:
non obliuiscar
sermones tuos. ps. dd.
Retribue seruo tuo:
viuificame: et
custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos:
et considerabo mirabilia
de lege tua. Incola ego